Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8250
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



Gene

talise non accipiam ex omnibus
que tua sunt ne dicas ego ditaui
abram. exceptis his que comederunt
iuuenes et partibus virorum qui ve
nerunt mecum. aner escol et ma
bre. isti accipient partes suas.

xb. His itaq; transactis. XV
factus est sermo domini ad
abram per visionem dicens
noli timere abram. ego protector
tuus sum et merces tua magna ni
mis. Dixit q; abram. Domine de
quid dabis mihi. Ego uadam abs
q; liberis et filius procuratoris domus
mee eliezer iste damascus erit heres
meus. Addidit q; abram. ecce mihi non
dedisti semen et ecce uernaculus
meus heres meus erit. Statim q; ser
mo dei factus est ad eum dicens. non
erit hic heres tuus. sed qui egredietur
de utero tuo ipse sit heredem. Edu
xit q; eum foras et ait illi. Suspice ce
lum et numera stellas si potes. Et
dixit ei. Sic erit semen tuum. Credi
dit abram domino et reputatum est
ei ad iusticiam. Dixit q; ad eum.
Ego dominus qui eduxi te de hur
caldeorum ut darem tibi terram istam
et possideres eam. At ille ait. Domine
deus unde scire possum quod possessu
rus sum eam. Et respondens domin
s hunc in quid mihi uaccam trienem
et capram trienem et arietem anno
rum trium turturem quoq; et colum
bam. Qui tollens uniuersa hec diui
sit ea per medium et utrasq; partes con
se alterutrum posuit. aues autem ni
diuisit. Descenderunt q; uolucres
super cadauera et abigebat eas abram.
Cumq; sol occumberet sopor irruit
super abram et horror magnus et tene
brosus inuasit eum. Dictum q; est
ad eum. Scito prenosceris quod pere
grinum futurum sit semen tuum in
terra non sua. Et subicient eos seruitu
ti et affligent eos. cccc annis. Ge
nitamen gentem cui seruitum sunt
ego iudicabo. Et post hec egredient
tum magna substancia. Tu autem
ibis ad patres tuos in pace sepultus
in senectute bona. Generacione autem
quarta reuertentur huc. Nec dum enim
complete sunt iniquitates amoreorum
usq; ad presens tempus. Cum ergo occi
duisset sol factum est caliso tenebro
sa et apparuit clibanus fumigans et
lampas ignis transiens inter diuisi
ones illas. In die illo repisit dominus
fedus cum abram dicens. Semini tuo
dabo terram hanc a flumine egypti usq;
ad flumen magnum eufratem. Cine
os et cineeos et cethimoneos et cetheos
et pherezeos raphaim quoq; et amo
reos et chananeos et gergeseos et ieb
Igitur sarray. XVI Cum esset
uxor tua abram non genuit ei liberos
sed habens ancillam egyptiam nomine
agar. Dixit marito. Ecce con
clusit me dominus ne parerem. In
gredere ad ancillam meam si forte
saltem ex illa suscipiam liberos. Cum q;
ille acquiescisset deprecanti tulit eam
agar ancillam suam egyptiam post
annos decem quam habitare ceperant
in terra chanaan et dedit eam uiro suo
uxorem. qui mistessus est ad eam. At
illa concepisse se uidens despexit do
minam suam. Dixit q; sarray ad a
bram. Iniqua agis contra me. Ego
dedi ancillam meam in sinu tuo que